taxa damnorum sub pœna banitionis præsentibus interposita decrevit et Actori adiudicat Decreti præsentis vigore.

Eiusdem Lucrum
Relationis.

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen ... tatis Franciscus Joannes in Kloczow Lesnowolski Branscen Capitaneus Tibi Nobili Thomæ olim Alberti Golebienski de Golebie hæredi de persona bonisque tuis omnibus Vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus Ut in Judiciis Vigore Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi primi sub tempus motionis Generalis Bellicæ de se curitate domestica Sancitæ feria secunda post datam præsentis Citationis primo et proximius in Curia Regia Branscen celebrandis Ibi et personaliter Compareas Ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Barbaræ Falkowska Consortis Nobilis Joannis Wyszinski quæ se cum eiusdem Mariti sui Victoris coniugali personali assistentia et authoritate inhærendo Constitutioni Anni 1621 primi de expeditione Bellica Sancitæ et in Conventu Generali Warsaviensi super transacto reas sumpsit in Vim Termini tacti peremptorie citat Tibi quia tu in Contem ptum Securitatis Domesticæ Legumque publicarum postpositionem sub hoc tempus quo summa pax legibus provisa observari debebatur eadem Actrice sine ulla legitima Causa Verbis inhonestis tempore celebra tionis festi Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris in Cemeterio præsentibus multis congregatis hominibus et Sacerdotibus spiritualibus et aliis hominibus Variis ad loca sacra dicto Juchnowiec euntibus diffamasti Verbis inhonestis oppressisti Sicque pacem et securitatem pu blicam violasti per quod pœnas eo nomine sancitas demeruisti ad quod super te et bonis tuis omnibus decernendum Una cum restitutione bonorum famæ Citaris Judicialiter sis responsurus et Terminum attentaturus et responsurus Datum in Curia Regia Branscen feria secunda ante festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Memorata pars Actorea Citatam supra nominatam partem ad Officium præsens per Ministeri alem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski unice clamatam et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officii præsentis uolr condemnauit In Vim autem cuiusmodi

65 Jed

Condemnationis Lucri praetacti modo praemisso in Contumaci Citati partis obtenti
Officium praesens Castren Capitan Branscen visa et Considerata Citati
Clamati et non Comparentis Contumatia et sententiae iuris summari
et Contentis Citationis inhaerendo super praedicto Citato et bonis eius
omnibus Lucrum revocationis bonae famae quam verbis in honestis detur
pavit sub poena bannitionis praesentibus interposita decernit Decreti
Iuris vigore.

Myslkowski C T B Lucrum

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis
Franciscus Joannes in Kotcow Lesnowolski Branscen Capitaneus
Tibi Nobili Alberto et Valentini Myslkowski de Myslki Brzoski
haeredi ex omnibus in genere bonis tuis ac persona tua vigore Regio
et nra qua hac in parte fungimur Capitan authoritate mandamus
Ut in judiciis vigore Constitutionum Regni de securitate domestica
sub tempus Motionis Generat Bellicae sancitae feria secunda post data
ntis Citationis proxime in Castro Regia Branscen celebrandis plr et pmpte
Compareas Ad Instantiam Instigatoris Judicii nri et ipsius Delatoris Nobil
Joannis Myslkowski Camerarii Terrae Bielscen de Myslki Rzem
ac Brzoski haeredis qui te in vim Termini tacti citat loco quia tu in Con
temptum Legum publicarum et constitutionu Regni contra violatores pacis
et securitatis publicae ac domesticae damnaque et alias displicentias inferentes
praesertim sub tempus expeditionis Generat bellicae nescitur quo spiritu
cum filio suo Nobili Michaele Myslkowski studiose et privata sua
authoritate quodam animo suo malevolo rancore et invidia ductus
existens temulentus super invadendo ad sepem actoris propriam in bonis
Myslki stantem ibidem eandem sepem tempore in protione clevenpto vio
lenter partim conscecasti confregisti partim disiecisti et in flumdolum
proiecisti ac in nihillum convertisti Actorem verbis Rigidis vituperiosis
famam et estimationem ipsius laedendo affecisti vituperasti in duellum
provocasti et in discrimen vitae et substantiae eius tam solus perse quam
per fratres et alias personas diversis modis diffidasti et machinatus
es pro qua diffidatione et in duellum provocatione ac vitae et substantiis
diffidatione Machinatione salva actio reservatur prout protestatio in
recenti contra te facta latius praemissa in se obloquitur ad quam se
Actor cum sua praesenti citatione in toto refert faciendo praemissa in
maximum praejudicium et damnum Actoris quod damna actor contra
te taxat ad sexaginta marcas polon exinde securitatem domesticam violasti